



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Reg. IV. de Reservatione benef. collectorum & subcollectorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

IN REGVLAM IV.
ARGUMENTA.

1. Oratio seu dispositio distinguenda salva ratione recti sermonis.
2. Subcollectorum beneficia à Collectoribus subsidiarum Papæ deputatorum an sint reservata?
3. Id quod succedit loco debet. Cameræ, est ejusdem naturæ.
4. Si Papa cõcedit alicui privilegium ut ejus beneficia non sint reservata etiam si foret Collector, vel subcollector Apostolicus & is postea fiat Collector, vel Sublect. an illius beneficia sint reservata? & n. 17.
5. Hæc regula tollit leges generales, vel speciales loquentes in contrarium.
6. Collectoris & Subcollectoris facultas quomodo probetur?
7. Collectorum, & Subc. facultas nendum inducit reservationem, sed etiam exemptionem.
8. Collectores sunt instar Nunciõrum Apostolicorum, & gaudent nonnullis privilegiis, & honoribus sicut Capellani Papæ, illorumq; beneficia sunt reservata, etiam si Collectores esse desierint.
9. Subcollector unicus quis dicatur, aut qualis esse debeat ad effectum hujus Regulæ?
10. Unicitatis probatio cui incipiat.
11. Mandosii reprobatur opinio de rebus beneficiis Subcollectoris officium sibi datum ignorantis esse reservata.
12. Probatur illius opinio, dummodo Subcollectoris officium acceptaverit, quamvis actu non exerceret.
13. Limitatur, dummodo talis Subcollector sit persona qualificata per formam cap. statutum, de Retat. in 6.
14. Beneficia cujuscumq; Subcollectoris pro tempore unicus succedere deputati sunt reservata.
15. Quid juris si plures eodem tempore in una Civitate vel Diocesi constituti?
16. An Subcollector Subcollectorum substituere possit, ita ut illius beneficia sint reservata?
17. Glossographi opinionem infra 4. reprobatur Mandosius.
18. Plurium Collectorum in una Civitate vel Diocesi beneficia sunt reservata, dummodo durante eorum officio adepti sint, secus si finito officio.
19. Collectorum beneficia sunt reservata etiam antequam officium accipiant, vel illud acceptent.
20. Beneficia familiarium non sunt reservata antequam acceptent familiaritatem.

REGVLA IV. INNOCENTII.

RESERVATIO BENEFICIORVM COLLECTORVM ET SUBCOLLECTORVM.

Item reservavit generaliter omnia beneficia ecclesiastica quorumcumque Collectorum, unicorum in quacumque Civitate vel Diocesi, qui suo tempore eorum officia exercuerint, Subcollectorum Fructuum & Camerae Apostolicae debitorum, illa videlicet beneficia duntaxat, quae durante eorum officio obtinebant, & in quibus seu ad quae jus tunc eis competebat.

GLOSSEMA ALPHONSI.

Nulla Regula reservat Papa beneficia Collectorum, & Subcollectorum unicorum in una Civitate, vel Diocesi &c. & circa hanc Reservationem sciendum est; quod beneficia Collectorum deputatorum per Papam sunt reservata, & sic concludit de officio coll. quae incipit. Item si juxta ordinationem Domini nostri Greg. & hoc debet intelligi nostra Regula ibi: qui suo tempore eorum Officia exercuerint, id est de Subcollectoribus tantum, & non de Collectoribus, ita quod hoc punctus ibi: Collectorum: nam debemus punctuare, sive regulare dispositiones ordinatione recti sermonis, ut dicit Bald. in l. i. C. de lib. prater. Et isti Subcollectores licet debeant esse unici in civitate, vel diocesi, ut hic dicitur, tamen primo remoto succedit alter, beneficia utriusque sunt reservata, ut hoc etiam vult dicta capto.

Et circa hanc regulam vidi dubitari in curia & consulti, nescio tamen quid sit verum, scilicet si Papa imposuit subsidium in aliquo regno contra Turcas, & posuit ibi Collectores, & illi deputarunt Subcollectores, an beneficia illorum sint reservata? Et tandem post multa conclusi quod non: Quia isti fructus, vel proventus non sunt debiti Camerae Apostolicae, sed in subsidium, &c. Et quia verba regula debent intelligi proprie, & non improprie, vel sic d. l. iii. §. hae verba, de negot. gest. quia exorbitat a jure c. quae contra jus, de reg. jur. lib. vi. l. jus singulare ff. de legibus, ergo, &c. Et si dicatur, quod illud quod succedit loco debiti Camerae, debet esse ejusdem naturae ut vult Bart. in Rab. C. de jure fisci lib. xi. Fateor quando esset omnimoda similitudo Arg. eorum quae dicit Joan. And. in regula qui sentit

REGVLA
ARIVM

VTARVM

GVLAS

LARI

OLICA

ET

ET

III

3

sentit. de reg. jur. lib. vi. & doct. in c. quando de cens. Sed de familiaribus subrogatis loco aliorum, an gaudeant eodem privilegio? sic consulti: reseruat an fuerit dec sum.

Item vidi dubitari, si Papa dedit alicui privilegium quod etiam si foret Collector vel Subcollector Apostolicus, quod ejus beneficia non forent reservata: tamen postquam Collector: an ejus beneficia sunt reservata? & credo fuisse conclusum quod sic: quia ista Regula tollit omnes leges generales, vel speciales loquentes in contrarium, & in allegatum tunc dictum doct. in c. fin. 6. in prabend. de consuet. lib. 6. neque quod fuit conclusum, seu decum in una causa Legionensis.

Item notandum est, quod si sint multi Collectores simul in una Diocesi, vel Civitate, tamen eorum beneficia sunt reservata, ut hic, quorumcumque &c. & aliud verbum Vicorum refertur ad constructionem suam, & ibi inferitur Subcollectorum.

COMMENTARIA IOANNIS ACHOKIER

A Collectorum) Collectoris, & Subcollectoris facultas quomodo probetur vide latè Mascardum tract. de probat. conclus. 317. per v. Simonetram tract. de Reservat. quest. 34. fol. mei 111. ubi scribit Collectoris facultatem probari per litteras, non etiam per illarum transumptum, quem sequitur Petrus Moneta tract. de Decimis cap. 9. quest. 5. num. 212. ubi limitat nisi sumptum fuerit nulla lite pendente. servata forma cap. fin. de fide instr. aut sumptum fuerit ex registris Bullarum Papæ. Mascardus dist. conclus. 317. num. 7. & 8. Subcollectoris verò facultas probatur per testes qui tempore commissionis illi in jure præsentibus fuerunt per not. Rota decis. de off. deleg. in no. Bellem. de charit. subsid. quest. 110. non tamen probatur per communem hominum existimationem Moneta d. quest. 5. num. 214. Notandum autem illorum facultatem nedum inducere Reservatorem, de qua in hac Regula, verum etiam exemptionem à jurisdictione ordinaria, ut resolvit S. Congregatio Illustris. Cardinalium Consilii Tridentini ad cap. 6. sessionis 25. de Reservat. sunt enim isti præsertim Collectores Nunciorum Apostolicorum, & gaudent nonnullis privilegiis & honoribus sicut Capellani Papæ Rota decis. 207. in No. num. 1. Staphileus in signato fol. 116. ubi tales Capellanos honoris, & Officiales, exemptos etiam tenent ab Ordinariis. De illis Collectoribus, & Subcollectoribus vide multa apud Alex. Moneta d. tract. de decimis cap. 9. Horum itaque beneficia sunt reservata, adeo ut etiam si Collectores esse desierint, ut quia reseruat vel privati, vel aliàs officium eorum expiraverit, nihilominus reservata

conferantur, quia beneficium semel affectum manet affectum, *Rota decis. 11. 17. 14. 15. de prob. in antiq. Simonetta tract. de Reserv. g. 33. n. 4.* Sed in Francia cessat hæc reservatio ut notat *Rebuff. in addit. ad hanc reg.*

Subcollectorum) Satis est ad effectum hujus Regule unum esse in una⁹ Civitate vel Diocesi, & non unum in illa, & alium in ista: nam aliàs non esset unicus, sed plures contra mentem disponentis, atque ita resolvit *Rota in una Calagurita benef. 2. Decembris 1602. coram Illustriss. Lancelloto*, teste *Gonzalez ad Regul. 2. glo. 4. num. 197.* quamquam si plures successivè deputentur, beneficia ipsorum erunt reservata, quia Regula expressè dicit *quorumcumq.* *de char. subsid. quest. 118. Simonetta tract. de Reservat. quest. 33. num. 1.* Uneratis verò probationem incumbere asserenti pluralitatem, seu multitudine¹⁰ licentiam multis probat auctoribus *Mandofius ad hanc Regul. quo in loco etiam adstruit quest. 4.* beneficia subcollectoris esse affecta, & reservata etiã si ipse officium sibi datum esse ignoraverit, vel aliàs illud non acceperit, vel excoerit ut post dicam, quam tamen opinionem rejicit *Hieronym. Gonzalez ad Regul. 2. glo. 51. num. 71.* probatque negativam variis *Rotæ decisionibus*, quarum novissima fuit coram *Rdo. Orano de Anno 1594.* in una castellana beneficii: eamq; sic temperat, ut sufficiat quod tali Subcollectoris sit datum officium, illudq; acceperit, quamvis actu non exercuerit, aliquo utpote impedimento detentus: dummodo tamen talis Subcollector sit persona qualificata juxta formam c. statutum in §. in nullo in fin.¹² de Relect. in 6. aliàs ejusmodi officii collatio nulla erit, & reservatio cessabit *DD. in d. c. statutum §. fin. & in terminis ita docet Bellencinus Rota Auditor d. tr. de char. subsidio q. 108. n. 1.*

Subcollectores) Atque ita in terminis, quod beneficia cujuscumque¹⁴ subcollectoris pro tempore unici, successivè deputati sint reservata: concludit *Bellencinus tract. de char. subsid. quest. 124. Rot. decis. 411. in antiq. & decis. 207. in No.* At verò, quid juris si plures eodem tempore in una Civitate, vel Diocesi sint constituti? vide *Mandof. quest. 10. & quest. 3. quo*¹⁵ in loco quaerit, an Subcollector Subcollectorem substituere possit, ita ut¹⁶ illius etiam beneficia sint reservata? & resolvit pro negativa, quam tamen variis limitat modis n. 3. & seqq.

Et conclusi quod non) Ab illo dissentit idem *Mandof. question. 6. num. 3.* hæc potissimum ratione, quod appellatione Collectoris fructuum, & proventuum Camera Apostolicæ, veniat etiam Collector, & Subcollector¹⁷ subditorum contra infideles: cum illa imponantur super fructibus beneficiorum, sintq; onera quæ spectant ad Camera Apostolicam, id quod pluribus ibi probat rationibus.

Sunt reservata) Dummodo durante eorum officio, ut in Regula¹⁸ statuitur

H

statuitur¹⁸

REGIA
ARVM
VTARVM
GVLAS
LARE
OLICE

statuitur, illa adepta fuerint, secus enim de beneficiis postea obtentis, ut decidit Rota decis. 131. incip. *Benef. Collectorum in No. & Bellicin. d. tract. de Charit. subsid. quest. 119. in fi. & Simonetta de Reservat. quest. 32.* Non tamen requiritur exercitium officii Collectoris, vel Subcollectoris, ut ejus beneficia sint reservata Felii in cap. *In nostra de Rescript. col. 21. Flam. Paris. de res. sign. benef. lib. 2. quest. 16. num. 26. d. cens. communem, Zerola in Praxi Episcopali part. 1. verbo Beneficia §. 2. Fallen. 8. & 2. part. verbo exempti §. 6. Simonetta quest. 33. qui dicunt solam deputationem sufficere etiã absq; acceptatione & exco- cicio: atq; ita fuit resolutum in causa *Urgulen. Canonicius 7. Masi 1593. coram Cardinali Blanchetto*, cujus decisionem profert Nicol. Garcia tract. *de benef. part. 5. cap. 1. §. 6. num. 346. & 347.* ubi ampliat dictam doctrinam, ut huius deputatio sufficiat, etiã antequam suam potestatem videat vel recipiat per not. Rota decis. 12. *de prebend. in No. Mandos. his quest. 4. An. de Falcon. de Reserv. 3. quest. Pricat. num. 16.* licet aliud dicendum sit in familiaritate: quia illa consensu utriusq; partis tantum contrahitur, sicut societas, *Simonetta d. 9. 33.**

IN REGULAM V. ARGUMENTA.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Hæc Reg. ampliat cap. præsentis de Præbend. in 6. nimirum, ut non solum vacant beneficia Curialis intra duas dietas morientis, sed etiã ultrã, si sequendo Curiam moriatur.</p> <p>2. Quid si Curia non mutatur, sed tempore pestis vel solatii causa proficiatur ultrã duas dietas.</p> <p>3. Curia Romana ibi dicitur, ubi Papa.</p> <p>4. Curialium appellatione veniunt etiã Cardinales.</p> <p>5. Cardinales magis sunt familiares Papæ quàm alii, non tamen quod ad reservationes beneficiorũ, nisi sint continui commensales Papæ juxta reg. 3.</p> <p>6. beneficia Cardinalium Curiam hõc est Papam sequentiũ sub hac</p> | <p>Reg. comprehenduntur.</p> <p>7. Beneficia Cardinalium sunt reservata Papæ per Extravag. ad regimen.</p> <p>8. Beneficia familiarium Cardinalium sub hac Reg. comprehenduntur, familiarium tamen conviciorum & n. 9.</p> <p>10. Quod verum de beneficiis acceptatis.</p> <p>11. Benef. non dicitur collarum abõti ante illius acceptationem.</p> <p>12. Quando dicatur acceptatum beneficium.</p> <p>13. Acceptatio debet fieri vel ipsi vel per procuratorem ad illud speciale mandatum habentem.</p> <p>14. Tacita beneficii acceptatio quod.</p> <p>15. Curia Rom. quando transferretur.</p> |
|---|---|